IN arma Spectabilis & Magnifici domini, Dñi Christofori, Palatini & Capitanei Cracou. ac Regni Poloniæ Cancellarij. &c. Szydłowiecki

Iure ferunt Reges, non agnos siue columbas,
Hæc quæ præda solent, hostibus esse suis.
Sed gestant aquilas, serpentes atq; leones,
Imperium quorum, cætera quæq; ferunt.
Sic auctare uolens, Illustri nomine Cæsar
Stemma Palatini, Nobile Christophore.
Hoc fuluum dyadema dedit tortumq; draconem
Regnis ut Satrapes regia signa gerat.



IN eadem Arma.
Vt quondam e ligno totũ mors serpsit in orbem
Et demum e ligno uita sequuta fuit.
Sic uelut arx Gracci rabiem tulit ante draconis
Accipit hoc eadem læta dracone decus,

ARMA IPSA.
Signa sumus celebrata tuæ, Christophore stirpis
Virtute & meritis, sed magis aucta tuis.
Per te Magnificos illustri nomine patres
Vincimus & patrie dicimur esse decus.